

Greg. Naz.

ne proportionalitatis. Dicitur enim lux in spiritualibus, quod se habet ad manifestationem intellectivam sicut se habet lux ad sensitivam manifestationem. Hinc Deus lux, quia summum & inaccessible lumen est: hoc in intelligibilibus, quod Sol in sensibilibus: ait Gregor. Nazianz. Orat. 40. Metaphoricè duntaxat lumenda est ratio lucis. Deus est vera lux, si sumatur respectu veritatis lucis, à qua trahitur similitudo: non quoad veram naturam lucis, quippe propriè lux non est, qui lucem inhabitat. Inaccessibilem, ultra sensitivam lucem sensus splendide illuminantem. Nomen lucis (iesit Angel. Doctor, 1. part. q. 67. art. 1.) primò quidem est institutum ad

Quomodo sign. ficandum id, quod facit manifestationem in sensu visus: postmodum autem extensum est, ad significandum omne illud, quod facit manifestationem secundum quamcunque cognitionem. Si ergo accipitur nomen luminis secundum suam primam impositionem, metaphoricè in spiritualibus dicitur. Si autem accipiat secundum quod est in usu loquentium, ad omnem manifestationem extensum, sic propriè in spiritualibus dicitur. Ita Paulus Hebr. 4. 13. Non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Idem, omnia intelligit, omnia cognoscit: quia lux est, & tenebra in eo imperfectionis intelligentiæ, intelligentiæ & rerum intelligentiarum non sunt alie. Necessariò enim se cognoscendo comprehendit, comprehensionem cognoscit, & cognoscit se comprehendere: igitur est obiectum sumè intelligibile, cuius intelligere est esse, de quo intr. Amicus est profectò lumine, sicut vestimento, totiusque lux est.

D. Thom.

1. Ioann. 1. 5.

Phil. 10. 3.

Ioann. 8. 12.

Quis est purus dicitur lux sine tenebris & vera lux.

Actus secundus pro primo. Suar.

D. Thom. Ioann. 1. 8.

Ioann. 1. 4.

Metonymia. Hypallage.

Quomodo dicitur lux vera, & non lux? Adiectivum pro adverbio.

Cur vera verè?

28 Unde quoad rationis manifestationem, ratio lucis potius invenitur in Deo & Christo, quam in rebus sensibilibus. Lux enim hoc in sensu verè dicitur mundi: communicat sane animæ rationali lucem, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum: quo ratio lucis, seu illuminatio multo magis, quam ab ipsa in sensibilibus luce, exercetur secundum spiritalem modum. Communicat igitur naturæ intelligentiæ non solum mentem, naturale lumen super nos signatum; sed etiam lumen gratiæ in lumen gloriæ, ut in lumine lumen videamus: tanque, quia lux est, simile ei erimus. Non ambulat, qui eum sequitur in tenebris, sed habebit lumen vitæ, quod Deus est, ut potè verè intelligibilis lux sine ulla tenebris, totus purus atque simplex actus absque ulla obumbratione, idest, potentialitate nec in intellectu nec in natura; sicut in creatis substantiis intellectualibus, quæ quidem est lumen, habent tenebras, vel possunt habere, in quo est potentialitas: simulque mutari possunt potentia peccandi, quæ est umbra lucis veræ, de bono in malum: ut lucem veram, patrem scilicet luminum, non est (actus secundus pro primo, uti diximus, Tautolog. præced. num. 4.) nimirum, non potest esse, transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio. Si intellectio est lux, profectò, ait Suarius Tom. I. lib. 3. de Divin. propriet. cap. 1. n. 3. In intellectu perfectio magna est, semper in actu esse. Vide, quam longe ab increata luce tenebræ potentialitatis. Floride in rem Angelicus Magister in 1. Tim. 6. 16. Res (inquit) quæ actus quidem sunt, sed non purus, lucent tantum: non enim lux sunt. Divina autem essentia, cum actus purus sit, lux est. Unde de hominum sanctissimo dicitur tamen: Non erat ille lux. De Dei autem Verbo: Erat lux vera, omnem hominem illuminans.

29 Verbum igitur Dei est lux hominum, quia illuminatur ab illo spiritaliter. Non enim est lux sensibilis, sed intelligibilis ordinis, in lumen scilicet vitæ, mediâ fide, spe ac amore. Unde intelliges: In ipso vita erat. Vita ergo nostra ipsum Verbum est, quia in ipso & ab ipso illuminatio, ut perveniamus ad vitam. Hæc est vita æterna (nimirum, causa vitæ æternæ, metonymicè) ut cognoscant se solum Deum verum & quem misisti Iesum Christum. Ioann. 17. 3. Illuminatio qua Pater, huiusque Deus cognoscitur, à Verbo est, quod sane lux vera, omnem hominem illuminans, ut vita quæ verbum, esset lux hominum: idest, per Hypallagen, lux erat vita hominum, quoad ordinem superiorum; ut per Verbi illuminationem (quod caro factum) pervenirent in vitam, & celestem Ierusalem, quæ non eget Sole, neque Luna, ut lucent in ea: nam claritas Dei illuminabit eam & lucerna eius est Agnus. Constat ergo Verbum Patris lucem esse veram circa spirituales operationes, ad quas lux naturalis non vera lux, imò nec lux; quippe in nullam illuminationem influit. Vel dicendum, Verbum dici veram lucem, pro verè lucem (Adiectivo videlicet sumpto pro adverbio, ut latè probavimus hic, Tautolog. 2. num. 7.) siquidem cum hæc agatur de vita in gratiam & gloriam; verè Verbum lux est: lux ergo vera apud nos, quæ qualitas naturalis, respectu presentis inquit non est vera, imò nec potest esse, quippe nulla. Hoc in propositum dicit Christus.

flus: Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus: igitur tamen potus & cibus materialis sicut cibus & potus; respectu cibi & potus Eucharistia, nec cibus nec potus sunt: equidem longè ab operatione gratiæ & vitæ æternæ: & de hoc cibus & potus dicit, qui confert, v. 54. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Eodem sensu, cap. 15. 1. Ego sum vitis vera. Vera videtur non esse, quando hæc dicit per similitudinem, non per proprietatem; ut observat August. hic Tract. 80. Quare intelligendum est verè, quia, unde ista similitudo translata est, nimirum vitis vera naturalis non vera, nec vitis, ad effectum conferendi vinum gratiæ, virgines germinans. Haud secus plauditur Lux vera in hominum illuminationem: igitur in hanc non lux vera, vera lux, unde lucis similitudo translata est. Fide profectò primùm illuminamur: postmodum transformamur à claritate in claritatem. Unde Gentium Doctor, Ephes. 5. 8. infic: Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filij lucis ambularetis: Fructus enim lucis est, in omni bonitate & iustitia & veritate. Liquet iam quo sensu Deus dicitur lux, Pater celestis pater luminum, & filius lumen Gentium & lux mundi.

30 Modo igitur exponendum, cur dicatur Candor lucis æternæ, splendor & imago Patris, eius character, sive lumen de lumine, Deus verus de Deo vero. In hoc enim intellectualis natura, ac intellectualis origo describitur: non ergo est gloria aut natura sensibilis; sed gloria intelligibilis cuius Verbum est candor, seu splendor: Deus utique non est natura sensibilis, sed intelligibilis. Quare Splendor propriè in divinis attribuitur Verbo, quia intellectio lucis rationem habet: splendor autem est lux de luce, qui propriè Verbum, cum à Patre procedat per intellectiorem. Vide D. Thom. 1. p. q. 34. art. 2. ad 3. & quæ diximus, Tautol. 3. n. 69. Quia refulgentia feu splendor à luce procedit, etque ipse lux, eiusdem cum luce rationis dicimus, & intelligimus in divinis Verbum à Patre procedere, esseque eiusdem naturæ cum Patre, verèque filium esse, cum & eandem cum Patre naturam habeat, & modus procedendi tendat ad assimilandum Verbum cum principio, à quo procedit: igitur eodem modo à lumine splendor emanat. Hinc lumen de lumine, quia producit per cognitionem. Candor lucis æternæ, speculum purissimum & imago bonitatis. Per verbum sit omnis manifestatio, quod enim manifestatur, lumen est. Ephes. 5. 13. Imago quoque & splendor & character dicitur Dei Filius, (ait Ambrosius, quò sup.) quia hæc incomprehensibilem & invisibilem paternæ divinitatem maiestatis in filio, & expressam similitudinem revelarunt. Splendor enim est Solis Patris, quippe refulget ex illo, filij splendoris origine: accepit igitur à Patre lumen, refulgente in Verbo illa gloriâ, quam habuit per Patris generationem: ideoque dicitur Hebr. 1. 3. Figura substantiæ eius. Græcè: Character hypostasis eius. Per propriè. Pater consubstantialitas in natura, discretio personarum, & modus procedendi. Consubstantialitas in natura, dum filius Dei non dicitur habens characterem, sicut creaturæ intellectualis; sed est character, uti imago substantialis, quia eadem individua substantia in Patre & Filio. Discretio personarum, eò quod Filius dicitur character Patris: quia metaphora patet inter utrumque distinctio realis, sicut intercedit inter imprimentem sigillum & characterem impressum; quia nemo sui imago est. Denique modus procedendi, quia dicitur character hypostasis Patris. Nulla creatura est eximæ conditionis, est character alicuius divini personæ, sed tantum Dei. Filius est hypostasis Patris character: quia à Patre solo procedit, etque speculum lucidissimum, in quo refulget gloriola Patris maiestas. Spiritus Sanctus est character hypostasis Patris & Filij, qui ab illis solo procedit tanquam ab uno principio: Filius autem est duntaxat character Patris; quia à Patre singulariter procedit. Hunc Pater signavit Deus, uti candorem æternæ lucis, sigillum paternæ hypostasis imaginem omnimodæ similitudinis exemplaris, & splendorem perfectionum genitoris: etenim lux refulget de luce, radius emanat à Sole, lumen procedit de lumine. Haud intelligas essentiam Patris generare essentiam filij, neque filij esse characterem essentia Patris: perpetuam convenire possunt, in quo mutuò relative distinguantur: dum Filius dicitur character hypostasis Patris, intelligendum est de substantia hypostasis, similis substantiæ hypostasis Patris, cuius filius est imago. Vide quæ diximus Tautolog. 3. n. 82. & 119. Solus enim filius procedit ut verbum & verbum est intelligentis, intellectiõnis, reique intellectæ perfectissima imago. Quare cum Filius eiusdem cum Patre naturæ sit, & splendor claritatis; iure dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero.

31 Audiendus Ambrosius, lib. 1. de Fide, cit. cap. 4. Christus est splendor gloriæ, & Tom. V. Q999

Ioan. 6. 55

Cap. 15. 1. Quæ sentia Christus vitis vera, & metaphora sumpta à vera vita?

1. Ioan. 1. 5. Iacob. 1. 17. Luc. 2. 32. Ioan. 8. 12. Sap. 7. 16. Cur Verbum dicitur Pater splendor?

Ambros. Et character hypostasis eius? Hebr. 1. 3. Græc.

Unde Christus lumen de lumine, Deus verus de Deo vero?



De character substantia Patris. Imaginem (ait) Apostolos dicit, & Arius dicit esse dissimilem. Cur imago, si similitudinem non habet? In picturis homines nolunt esse dissimiles, & Arius dissimilem Patrem contendit in filio, & vult ut Pater dissimilem generaverit sui, quasi impotens, qui generare similem non potuerit. Prophetæ dicunt: in lumine tuo videbimus lumen. Prophetæ dicunt: splendor est enim lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Vide quanta dicantur. Splendor, quid claritas paternæ lucis in Filio sit. Speculum sine macula, quod Pater videatur in Filio. Imaginis bonitatis, quod non corpus in corpore, sed virtus in Filio tota cernatur. Imago docet non esse dissimilem: character expressum esse significat: splendor signat æternum. Imago itaque non vultus est corporalis, non facies composita, non ceris, sed simplex de Deo, egressa de Patre, expressa de fonte. Per hanc imaginem Philippo Patrem Dominus demonstravit, dicens: Philippe, qui me videt, videt & Patrem: & quomodo tu dicis: Obstande nobis Patrem? Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Videt enim in imagine Patrem, qui videt in Filio. Vides quam imaginem dicat. Imago ista veritas est, imago ista infinita est, imago ista Dei virtus est: non muta, quia Verbum est non insensibilis, quia sapientia est: non inanis, quia virtus est: non vacua, quia vita est: non mortua, quia resurrectio est. Vides ergo, quia dum imago dicitur, Patrem significat esse, cum ista imago sit Filius? Nemo potest ipse sui imago sua esse. Hactenus vultent Ambrosius.

Verbum spe-  
culi splen-  
dor & ima-  
go Patris.  
Ambros.

Augustin.  
Ubi sup.  
Et lux lucis  
æternæ.

Verum pro  
summo.

1. Tim. 6.  
16.

Cur Deus  
lux caligo  
Dionys.

Idem.

Damasc.  
Cur lux lu-  
minum, &  
splendor  
splendoris?

Ioann. 1. 4.

Quare Chri-  
stus non di-  
citur vera  
vita, sicut  
dicitur lux  
vera?  
Caietan.

Ioan. 8. 12.  
12. 25-14. 6

32 Haud dissimili sensu Verbum Dei Filius dicitur Splendor: est enim, ut inquit Augustin. lib. 4. de Trinitat. cap. 2. Lux lucis æternæ, quippe Pater pater luminum, & fons claritatis infinita, in qua nulla tenebræ: quia ut potest infinita, claritas absque ulla limitatione, & obscuritate, sicut reperitur in his, qui est lux, lux haud quaquam sunt, quoniam verè non sunt lux, uti dicemus, n. 36. hæc incineque obscuritas simpliciter non censeatur imperfectio: quia necessario naturalem rei creatæ comitatur conditionem. Egitur suo loc. Tom. 3. Tautol. 6. n. 11. Dum autem dicitur lux vera, idem est ac divina lux, & lux summa, & lux ipsissima. Hoc sensu, quia (etsi vocati in admirabile lumen suum) cognitio nostra caligat ad flammam, & non potest, quoniam confortetur, ad eam; de illo dicitur, qui lucem inhabitat inaccessibilem. Psalm. 103. 2. Amiculus lamine, sicut vestimento. 2. Reg. 2. 11. 12. Ascendit super Cherubim, & volavit: posuit tenebras in circuitu suo latibulum. Cogitatio est Dionysii Aeropag. Epist. 5. Caligo (inquit) divina lux est, tum incivibilis propter eximium & substantia supereminentem claritatem: tum inaccessibilis pro immensa super substantiali luminis, ex se manantis, copia. Sicque lux intelligenda non proprie, sed symbolicè, sumpta metaphorà à luce. Spiritus Sanctus (ait idem, de Cælest. hierarch. cap. 2.) nihil nobis loquitur nisi sub velaminibus, simulachrisque sensibilibus. Modus enim operationis, modum sequi debet naturæ, à qua emanat operatio: propterea ut percipiatur quæ superant sensum nostrum; & delicantur per ea, quæ cadant duntaxat sub nostrum sensum. Cæterum Deus est lux dicatur, est infinitè ultra claritatem, atque lucis conditionem. Est igitur, ut inquit Damascen. loc. cit. cap. 15. Illuminatorum splendor, perfectorum perfectio, simplicium simplicitas, unitorum unitas, omnium incipij super substantialia & supernaturalia principium, super substantialis substantia, super divina divinitas. Vide etiam Dionys. de Divin. nomin. cap. 1. Quid hoc? Idem est, ac summus est: & quia summus, & nos corporei; nisi sensibilibus quod non sensibile & summum explicare non possumus. Ideo dicitur caligo & lux, qui nec lux proprie, nec caligo est. Caligo, non quia tenebra sit, sed quia lux proprie non est. Lux, quia eius nequimus insinuare præstantissimam excellentiam, nisi per lucis rutilantis præstantiam.

33 Sub metaphorà lucis, & attributo vitæ exponitur hominibus Dei Verbum, caro factum. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Dicitur pridem Pl. 35. 10. Apud te est homo: vita & in lumine tuo videbimus lumen. Inquirendum igitur, cur Christus qui est vita & lux, non dicitur Vera vita, sicut plauditur Lux vera? Caietan. hic inquit: Vera: quia non ideo addidit Vera, ut excluderet suspensionem falsitatis, aut defectum aliquem (quoniam pari ratione dicentium fuisset Vita vera) sed ad explicandam apertius quædam de summa luce intelligibili loquitur. Verum enim proprium est obiectum intellectus homo gene unque est intelligibili: perindeque dictum est, quod lux à Ioanne testata, erat illa lux vera: ac si dictum fuisset, quod erat summa lux summè intelligibilis: & per hoc distinguit hanc lucem non solum à luce sensibili, verum etiam ab omni luce intelligibili citra supremam. Fucillissima (præut auguror) expositio. Eodem sensu

de

de Christo, Dei Verbo, usurpanda lux ac vita. Ille dicit: Ego sum vita. Ego sum lux. Ue vidimus ex Ambrosio, Filius est imago Patris non vacua, quia vita est: & in præfat. in lib. 2. cit. Si non est vita, nec veritas est. Si quia summa lux, dicitur vera; etiam est summa vita, quod distinguitur non solum à vita sensibili, verum etiam ab omni vita intelligibili citra supremam. Dicendum ergo, hoc ipso quod est lux vera, esse & signari vitam veram. Dei esse est suum intelligere, cum sit esse per essentiam. Sic vivere Dei est etiam eius intelligeres: quia in illo idem est intellectus, & quod intelligitur, & ipsum intelligere eius, simulque species intelligibilis, ut inquit D. Thom. 1. p. q. 14. art. 4. additque, quest. 18. art. 3. Illud igitur, cuius sua natura est ipsum eius intelligere, & cui id quod naturaliter habet, non determinatur ab aliis: hoc est quod obtinet summum gradum vite. Tale autem est Deus, unde in Deo maxime est vita. Philosophus in 12. Metaph. text. 5. 1. Ostendo, quod Deus sit intelligens, concludit, quod habeat vitam perfectissimam & sempiternam; quia intellectus eius est perfectissimus, & semper in actu. Sic igitur intelligitur illud Ioannis: Quod factum est, in ipso vita erat: liquidem quicquid est in Verbo ut intellectum, est ipsa vita, seu ipsum vivere Verbi, & cum omnia quæ facta sunt, sint in ipso ut intellecta; omnia profectò in ipso sunt ipsa vita divina. Verbum enim essentialiter est vita, & vita subsistens. Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. ibid. cap. 5. 26. Hæc est vita essentialis & eximie suprema, summa vitæ & vita summa: quare non solum dicitur Deus vivus, Deus vivens; sed ipsa vita, est Damasc. in addition. in cap. 15. cit. reducitur ad vitam idealem, seu causalem) subdit igitur: Tanquam enim causa omnium entium & omnis substantia, & ens & substantia dicitur: & tanquam causa omnis rationis & sapientia, necnon rationalis & sapientis, dicitur & ratio & rationalis (id est, intellectivus) sapientia & sapiens. Similiter cum intellectus, tum intelligens, vita & vivens potentia & potens: atque de alijs similiter. Quapropter in proposito nostrum, claret, quod cum Verbum & intelligere sit lux; si intelligere est vita, Verbum est vera vita, quoniam in esse lux vera.

Dei esse est  
eius intelli-  
gere.

D. Thom.

Cap. 1. 3. 41

Damasc.

Et summe  
vitæ.

Quomodo  
Verbum Pa-  
tris, filius  
etiam præut  
est Verbum?

Andr. Cret.

An proprie  
sit lux, sicut  
est vita?

Verf. 41

34 Alia rimor iuxta dicta Tautolog. 3. à num. 67. Verbum divinum cum sit ab intellectu dicitur splendor, lux & claritas vera: cum simul sit filius, est vita; quippe generatio est origo viventis à vivente: ideo In ipso vita erat. Intellectus non generat intellectum, sed verbum intellectio: pater generat filium, in quo intellectus, sed non per intellectum. Nemo ut intelligens gignit, nec præut vivens intelligit, estò vitalitatem vel connotet, vel supponat. Pater æternus per intellectum generat filium, qui Verbum: quippe Verbum ita est Verbum, ut sit filius: liquidem in Verbi generatione invenitur intellectio, quæ non solum est vitalis, sed ipsa vita. Unde si viventis est gignere, Patris Verbi intelligentis est gignere; quia illa intellectio, præut intellectio, est vitalis. Ebonitæ cum Cerintho negabant Christum ante Matrem virginem fuisse: Evangelista vero annuntiat quid erat, & quomodo erat ante incarnationem Verbum, quod filius Patris, dicens: In ipso vita erat, & vita erat lux. Verbum mentis, tamen si supponat intelligentis vitam, vita non est; quia vita est à generante, & non ab intelligente, præut intelligente. Unde ut constaret differentia Verbi Dei, quia filius & simul Verbum; dicitur ab Evangelista Vita & Lux: etenim si filius, quia filius est vitæ: etiam ut Verbum est vita: sicut cum Verbum lux vera, etiam quia filius, lux vera. Verbum non esset, quod filius, modò præut Verbum non esset à fonte vitalitatis: filius non esset, quod Verbum, modò præut filius non esset à lumine intellectio. Quare cum Verbum Patris sit idem, ac filius; idem ipse qui lux vera, est vera vita, lux vitalis, & ut ait Cretensis, homil. 1. in Assumpt. Virg. Lux viva. Aliter & facilius possumus dicere, Verbum non dici veram vitam, sed lucem veram; quia lux in illo, ut vidimus, metaphorice sumitur: vita verò proprie signatur, ut ait Angelic. Magist. q. 18. cit. Quod est proprium, claret verum: additurque ubi non proprium; quia modo superiore ac in genere longè diverso, quod lux sensibilibus, facit insensibiliter, illuminans omnem hominem.

35 Inquires, cur Verbum, quod vita & in quo vita, non dicatur lux Angelorum, superiorum intelligentiarum; sed duntaxat hominum? In ipso (ait Evangelista) vita erat, & vita erat lux hominum. Expresse iam quid erat Verbum Dei; signat Evangelista, quid fecit, & quid factum Verbum Dei: igitur in Incarnatione, vita manifestata est. Unde idem, 1. Epist. 1. 2. inquit: Annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem. & apparuit nobis: liquidem in illo, essentiali vita, tanquam in fonte erat nostra vera vita, id est, supernaturalis & gratiam & gloriam, sine qua non habemus vitam in nobis, quippe ille venit, ut homines vitam habeant. Hæc est verè vita viventium,

Tom. V.

Q9992

gra-



Cur Christus dicitur lux hominum & non Angelorum? Alapid.

Verf. 9.

Cur non dicitur quid ut vita vivificet; sed quod illuminet?

Græc.

Erat lux essentialis. Verf. 8. Verf. 20.

Matth. 5. 14. Augustin. Quomodo homines qui lux nec lux?

Cur Angeli & homines non lux veræ?

Ioan. 5. 35.

Virgil.

Ovid.

Verum pro puro & in genere præstantissimo.

gratia scilicet & gloria; ut vel morientes ingrediantur ad vitam. Vera nostra vita gratia & gloria (exponit hic Alapid.) in ipso Verbo erat, velut in sui origine & fonte. Unde ut ipsum hanc vitam & lucem hominibus communicaret, ad eos descendit & hominem se fecit; ut sicut per Verbum Macrocosmus, hoc est, magnus hic mundus, olim creatus est, ita & per illud ipsum Microcosmus; puta, homo recrearetur, & à morte peccati ad vitam gratia & iustitia revocaretur. Illuminat primò per fidem. Ego lux in mundum veni (ait Ioann. 12. 46.) ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Unde non dicitur: Erat vita, qua vivificat omnem hominem; sed tantùm: Erat lux, qua illuminat; igitur illuminando vivificat. Vita sanè erat lux hominum. Hac luce, quia illuminat omnem hominem (qui illuminatur, ut ait Augustin. in Enchirid. cap. 102. equidem lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt) disponitur homo ad gratiam, qua pervenit in gloriam. Quare cum Angeli iam essent in gloria, ut potè confirmati iam in gratia; Verbum dicitur lux non Angelorum, sed hominum, quia duntaxat illuminat venientem in hunc mundum, mundi civem, atque eius tenebrarum non expertem. Ni velis dicere Angelos illuminasse, sed singulariter ab initio creaturæ. Vide Bernard. Serm. 1. de Circumcis.

36 Tandem Verbum divinum adhuc sub lucis metaphora designatur vera lux, quia est lux essentialis increata, prima & summa, tanquam lumen de lumine. Aprè Græc. Erat illa lux, illa veræ; quippe in hac acceptione nulla alia, nisi illa. Verbum enim simpliciter dicitur lux inter omnes substantias intellectualis ordinis: reliquæ intelligentiæ, dum lucent sunt participes huius essentialis claritatis. Unde Græc. de Ioanne Baptista de quo Vulgatus: Non erat ille lux, cum articulo legit: Non erat ille illa lux. Quomodo illa lux esse quibat, si ille erat? Confessus est, & non negavit: confessus est, quia non sum ego Christus. Haud falsa lux ab illo illuminatorum, cum ab hoc lumine lumen habeant; sed non veræ; quippe quæ non illa, sed ab illa. Lux Apostoli sunt mundi. Matth. 5. 14. Quantum distat inter lumen illuminans, & lumen quod illuminatur; tantum distat inter te summam sapientiam, quæ es creans, & ipsam quæ creata est. Ita Augustin. Meditat. cap. 19. Illa lux est lux per essentiam. Unde homo non est lux vera, etsi communione luminis lumen fiat; quippe lux ab illa illa luce, & claritas ab illo illo summa claritatis splendore. Non lux vera, quia non tota, nec simplex lux, sed cum aliqua aliquomodo tenebrarum obumbratione, limitatione, vel temporalitate. Verbum divinum, quia actus purus, est & verè vera lux. Quare possumus dicere de luce, quòd Tautolog. 3. m. 66. diximus de filiatione: quatenus Christus solus verè verus filius Dei, Angeli & homines verè, sed non veri filij Dei; quoniam hi habent divinitatem per gratiam, & ille uti filius proprius per naturam. Ille est vera lux & verè, quia illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; imò Angelus non illumina, sed illuminatur; nequit enim internè mentem hominis illuminare, & illustrare; cum illa ipsum intimum in animam haud habeat, nec gratiam propriam illuminantem, ut possit hominum mentes illuminare per gratiam; quæ tam ipse, quàm homo illuminantur. Baptista, qui venit, ut testimonium perhiberet de lumine, erat lucerna ardens & lucens; sed non erat ille illa lux perfectissima & summa, ut potè vera. Ioannes non propria luce lucebat. Non erat ille lux, sed particeps luminis, & splendor per gratiam æternè à Patre splendoris. Illius, qui vera lux, vidimus gloriam quasi unigeniti à Patre, plenè gratia & veritate; quippe proprius filius Dei: etenim si Pater pater luminum, & filius non vera lux; haud crederetur filius Dei. Hoc stylo etiam Echnicus, 8. Aeneid. v. 301. inquit: Salve vera lovis proles. Quare illi alij, qui sine luce gloriabatur uti filius Solis, de splendore parentis; dictum, ut refert Ovidius, 1. Metam. fab. ultim. Es tumidus genitoris imagine falsi.

37 Denique veram lucem intelligere possumus, accepto vero pro summo, ac perfectissimo in unoquoque genere, uti libavimus hic Tautolog. 9. num. 19. Sic dicimus doctrinam veram, religionem, semen, aurum, & alia id genus, pro præstantissimo: haud quia alia eiusdem argumenti sint alterius generis; sed quia in eodem genere non sunt eiusdem qualitatatis, sine qua dicuntur degeneria, & cum illa vera; quoniam illo in genere præstantia iuxta naturæ legitimam conditionem, & æstimationis præfinitatem. Hac igitur acceptione Vera lux idem est, ac pura, sive purissima lux, igitur in illa haud ullæ tenebræ. Habent enim homines aliquid lucis & aliquid tenebrarum adhuc in compositione physica, sine respectu in splendorem operationum moralium, aut finis debiti supernaturalium operationum. Quapropter homo dicitur lux & non lux. Et res

undique lucida, & est res undique obscura: est mediâ quoque (infit Cæl. Rhod. ex Priscis Philocephis lib. 2. cap. 17.) tum lucis compos, tum casta. Mens siquidem est lumine plena, irrationalis anima profus vacua: in medullis est rationalis natura, quæ partem habet luminis, partem caret. Id enigmaticè prolatur, sic ferè intelligendum: sensu hominem sensibilia metiri, intellectû intelligibilia, quæ ultra intelligibilia sunt, excessu attingi. Patet hominem non esse lucem veram, cum partem habeat lucis, atque partem tenebrarum, ratione portionis rationalis, & portionis sensibilibis. Verum, in finè caro factum, est totum intellectio & tota intellectio, ut pote actus purus, excedens infinitè quæcumque præstantem intelligentiam: qua de causa est vera lux uti præstantissima perfectissima & summa, non habens partem tenebrarum: Verbum lucidum totum, & quia totum illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.

38 Diversimodò accipienda lux & non lux, lux & tenebræ, lucidum & tenebrum; quasi corpus non purum (sed ex una parte lucidum & ex altera opacum, uti dicitur ex Chaldaeis in Deo Socratis, Apuleius de globo Lunæ: Quæ quidem parte luminis compos, partem alterâ casta fulgoris). Vel quia totum umbrosum; quantumvis appareat, & rideat splendendum. V. ide (ait Christus) ne lumen, quod in te est, tenebra sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum; erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Ultimam sententiam sup. n. 27. per hypallagen, q. d. Sicut fulgor lucerna illuminabit te. Pro reliquis sciendum est, sæpe apud AA. inveniri varias reflexiones diversis casibus, & eisdem vocibus, ut elegantiores sedent altè sententiæ, allectrices mentis, per meliodiam auris. Unde Iacob, Pontan. in illud Ovidij lib. 4. Trist. Eleg. 3. v. 14. Deque fide certa sit tibi certa fides, ait ex Cornificio lib. 4. Traductio gemina, quæ facit, ut eum idem verbum crebrius ponatur non modo non offendat animum; sed etiam concinniorè orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vitâ, is cum virtute vitam non potest colere. Hoc schema dicitur Polypiton. Ut illud: Nihil placet Nihil nimis. Plura diximus, Tom. 3. T. 1. n. 11. & Tom. 4. T. 5. n. 19. Floruit plus alijs in huiusmodi deliciofa vocum & sententiarum variatione ingeniosus Plautus. In Bacchid. Act. 4. scen. 4. v. 21. Parum? imò verò nimio minus multo parum. In Stich. Act. 2. scen. 3. v. 15. Nimio, multo, tanto plus. Nimia omnia nimium exhibent negotium. In Penul. Act. 1. scen. 2. v. 6. Neque satis satietas: v. 75. Eò illud satis est satis, quod satis est, habitus plus quàm sat est. Hoc est, illud satis, quod satis est, satis est habitu, quàm illud quod plus est quàm satis sit. Vid. Taubmann. hic & Lambin. Virgil. lib. 4. Aeneid. v. 628. & lib. 10. v. 361.

Littora littoribus contraria, fluctibus undas Imprecor, arma armis. Pede pes, densusque viro vir. In sacris usquequoque, Rom. 11. 36. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in sæcula. Ioan. 1. 3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est: v. 10. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus enim non cognovit. Sic igitur Christus in præfenti diversis antithesibus & oppositionibus & contrapositionibus intendit in recitandam operationum, quæ videri possunt lucidæ, cum non sint lumen, sed obscurissimæ tenebræ. Unde ut homo caveat, dicit: Vide, ne lumen, quod in te est, tenebra sint.

39 Ab oculo materiali sumitur metaphora ad oculum internum, qui quidem mens est. Sicut enim oculus corporis, si purus, connaturalibus humorè ac dispositione, sanus, agilis & validus in sensationibus suis; est lucerna totius corporis, sine cuius fulgore manibus cæcè atrectamus, capitamur & offendimus; & licet bene dispositus, sine luce, quasi non esset; pariter mens est oculus hominis interioris, sine cuius lumine totus homo tenebrefcit. Mens, animo pessimo, est quasi oculus corporis affectus lipidine, adrasia, aut fenestratione; queis vel nihil videtur, vel videtur & non videtur, vel fingitur quod videtur. Quare cum oculus corporis haud ritè obeat munus suum, aliquo noxio prævalente humorè; ita deturpatur interna hominis operatio, modò mens oculus animæ sit affectus aliqua prava intentione. Mentem humanam (ait Plato de Republ. lib. 7.) velut oculum quandam esse: eumque, cum conversus est ad res & negotia huius sæculi, aversum necessariò esse à veris & æternis bonis, ac proinde non posse ea perspicaciter intueri; ideoque neque videre nisi tenuiter, neque ab illis permoveri, sed à rebus caducis trahi, ut potè quas videat exactiùs: cum verò cuius mens æternis rebus sit intentâ, circa humanas recutire non aliter ac qui luce splendidâ repente se transfert ad tenebras. Sic igitur lucerna ardentes in manibus sunt operationes mentis & voluntatis, quæ potentia

Cæl. Rhod.

Ænigma bo mini.

Qualis gloria Lunæ? Apulei. Luc. 12. 36.

Pontani

Polypiton.

Plaut.

Taubmann.

Virgil.

Mens oculus hominis interior.

Plato.

Luc. 12. 35.



Quare intel-  
lectus & vo-  
luntas lucer-  
ne ardentis  
& lucetis  
dicantur

rationales; tunc accense, dum claritate fulgent scientiæ & dilectionis. Rite ardere de-  
bet & lucere; tuncque non rite, quia non recte, quoties vel intellectus facultas est ob-  
cæcata, vel voluntas male affecta: siquidem isthæ potentia vicissim suas sibi communi-  
cant affectiones, perperam informatâ voluntate ab intellectu furioso, vel cæcitate; &  
depravato intellectu à maligna vel pessimâ voluntate. Lux quæ videtur in scintillis lux  
non est, sed tenebrarum caligo; quippequâ lux illa est apparens in subiecto non dis-  
posito, vel male disposto.

Iuvenca.

Corporis est lumen, quo publica lumina cernit;  
Sed si pura acies oculis simplexque nitebit,  
Clarè totius splendebunt corporis artus;  
Sin verò nequam fuerit, pravumque videbit;  
Obscura incumbent super omnia membra tenebræ.

Canit Iuvenca, lib. 1. *Evang. hist.* à v. 648. Quare ut valet oculus, valere dicitur to-  
tum corpus. Similiter præut valet animus, valet anima, & per eam totus homo, qui in  
textu signatur sub metaphora corporis.

Ecl. 12. 2.

40 Hoc intuitu, ne depraventur potentia, & palpent in meridie quasi in tenebris;  
sicut caligo noctis, quod resurget lucidissimus dies; lucernæ ad operationes verè de-  
bent ardere & lucere: lucere spectat ad mentem, ardere autem spectat ad voluntatem;  
caverique debet pravitas nubes, antequam tenebrescat Sol & lumen & Luna & stel-  
la. In hominis interioris lucernis esse debet, ut ardeat voluntas, amor boni; & ut luceat  
intellectus, cognitio veri: nam oculus simplex nequit esse, si bonum diligit, & verum  
non eligit: vel econtra si eligit bonum, & non diligit verum. *Versio* (inquit Bernard. de  
*Præcept. & dispensat.* cap. 14. n. 35.) quemadmodum iudicio veritatis, vera esse possit  
cum falsitate simplicitas: aut vera possit dici simplicitas, quam simplex ignorat veritas.

Bernard.

Unde sicut oculum simplicem duo ista consiciunt bona, amor scilicet boni, & cognitio  
veri; haud secus nequam faciunt oculum ista duo mala, cæcitas nimirum, qua veritas  
non agnoscitur, & perversitas qua iniquitas corde diligitur. Dilectio & cognitio nec  
falli nec fallere intendunt: cæcitas & perversitas & falli & fallere faciunt. Si te-  
nebræ à perversitate, qua tenebrescit lumen voluntatis, & cæcitas qua obnubilat  
splendor intellectus; videndum, ne lumen, quod in his lucernis est, tenebræ & obscu-  
rissimæ sint igitur lux tenebrosa, quoties in voluntate est amor boni & non veri: ac in  
intellectu electio veri & non boni. Non est corpus actionis lucidum totum, habens  
partem tenebrarum. Totum ergo lucidum erit, & præsantissimè animam illuminabit  
modo voluntas non diligit bonum falsum, & intellectus non eligit verum perverfium.

Math. 6. 22

Unde oculus  
simplex &  
nequam?

41 Aliter sumi potest, ex ipso contextu, lucernæ pro lucida, aut umbrosa intentione  
operationis: etenim sicut luce clarâ clarescit clarus oculus; ita mens clara (qua oculus  
animæ) clarè illuminat clarâ intentione. Unde licet mens ex se sit lucerna & fulgida, est  
alia qua splendet claritudo: etenim lux lucis huius lucernæ est intentio. *Unaqueque actio*

Lux luci  
bonæ opera-  
tionis est in-  
tentio.  
Greg. Mag.

*intentionem suam quasi intuentem oculam sequitur:* inquit Greg. Magn. lib. 38. in *Iob.*  
c. 6. *Si oculus nequam, totum corpus tenebrosum; quia cum perversâ intentione quid vel*  
*rectum agitur, et si splendere coram hominibus cernitur; apud examen tamen interni i-*  
*udicis obscuratur. Unde & rectè subditur: Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Ea-  
dem sine ambagibus & meandris flexis & reflexis invenitur apud *Math. 6. 22.* ubi to-  
tum testimonium subijcitur pro epiphonemate, seu coronide narrationis Salvatoris in  
hypocritas, facientes elemosynam, orantes & ieiunantes. Quare dicit, v. 2. *Cum facis*  
*elemosynam, noli tabâ canere ante te: sicut hypocritæ faciunt.* V. 5. *Cum oratis, non eritis*  
*sicut hypocritæ.* V. 16. *Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ.* Materiam virtu-  
tis signat elemosynam, orationem & ieiunium: mat cum materia virtutis virtus non fit,  
ut aitruit Senec. *Epist. 90.* postquam Magister celestis docuerat, cap. 5. totam legem; in  
cap. 6. ob actionum meritum, dignatus est, etiam exponere modum, sine quo quod en-  
titativè lucidum, erit totum tenebrosum: igitur splendidum in virtute obscuratur in-  
tentione. Quid enim prodest sublevatio pauperum, si illam duntaxat mover ostentatio-  
nis propositum? Bona est oratio cum ieiunio, modo utriusque recta intentio: & mini-  
mè recta & in propositum rectum, si intuitus in aspectantium intuitum. Hoc & sicine  
opus hypocritarum; haud virtutem proficientium. *V. a peccatori ingredienti terram dua-*  
*bis visis.* Gregor. Magn. lib. 3. in *Reg. 6. 12.* Subdit: *Diaboli visus peccator ter-*  
*ram ingreditur; cum Dei videtur esse quod agit, sed ex omni, quod religiosum foris ex-*  
*hibet, intus saculi intentionem tenet.* Opus bonum habet partem tenebrarum: quod

Senec.  
Unde affio  
virtutis lu-  
cida omnino  
tenebrosâ

Ecl. 12. 14.  
Greg. Mag.  
Hypocritæ  
fallax.

quid-  
minimè lucidum, si non lucidum totum: etenim tenebrosum omnino ex quali-  
bet defectus notâ; lucidum autem constat ex integra causa. *Limpidissimo lumine,* ut di-  
citur, Sapient. 17. 20.

quidem minimè lucidum, si non lucidum totum: etenim tenebrosum omnino ex quali-  
bet defectus notâ; lucidum autem constat ex integra causa. *Limpidissimo lumine,* ut di-  
citur, Sapient. 17. 20.

Sap. 17. 20.

42 Gillebertus ferm. 22. in *Cantic.* quæ paralipomena aurea operis Mellisui Docto-  
ris, n. 2. inquit: *Aut totus enim tenebrosus est oculus, aut totus lucidus, aut habens ali-*  
*quam partem tenebrarum. Totus tenebrosus est, cum operi malo propter malum intendit.*  
*Totus lucidus, cum operi bono non nisi propter bonum intendit. Cum vero in opere bono*  
*non tantum in ipsum bonum, sed etiam in alium aliquem finem intendit, dirigitur; aliqua*  
*ex parte caligat.* Quare quia ex parte caligat; quod quibat esse lumen (& à videntibus,  
intentionem non videntibus, sed actionem, iudicabatur lumen) tenebræ sunt: igitur om-  
nino malum, quod non habet vel in bono finem rectum. Sic igitur lumen potest esse  
tenebræ, quod prorsum videbatur impossibile. Lumen, hominibus intuitibus actio-  
nis moralis claritate: tenebræ autem Deo, introspectant intentionem. Sunt & tenebræ  
tenebræ, & est lumen tenebræ, seu tenebrosum. Tenebræ, ubi non virtutis claritas, sed  
species est virtutis, sicut cum in Angelum lucis ad pravum propositum, se transfigurat  
princeps tenebrarum. Tenebræ tenebræ, quando delicta quis intelligit, & noluit intelli-  
gere, ut bene ageret. Hinc Christus in aversionem peccati, dixit illis: *Si lumen quod in*  
*te est, tenebræ sunt; ipse tenebræ quantæ erunt? Q. q. si quod bonum vobis videtur,*  
*non est bonum, quia non ut bonum à Deo (pravâ intentione) videtur; quantum erit*  
*malum, quod vel vobis agentibus nec vobis videtur bonum? Si lumen tenebrosum est,*  
*quantas necesse est (ait hic Hilarius) ipsarum tenebras esse tenebrarum? Excæcat enim*  
*malitia, & ex tenebris tenebræ gliscunt: quandoquidem peccatum non solum obnubi-*  
*lit intellectum; sed est causa peccati, & multoties effectus penaque peccati.* Incircò  
Sapient. 17. 12. *Solis superposita eras gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventu-*  
*ra illis erat.*

Gillebert.

Quid luci  
tenebræ, &  
tenebræ tene-  
brarum?

Math. 6. 23

Hilari

43 In hac ergo metaphora, accepto corpore pro actione, & pro intentione etiam  
oculi luce, sub typo lucernæ; genuinus sensus auctoritatis est (quia oculi ut valent, ita  
totum corpus, ait Hippocrates, 6. *Epid. sect. 4. & lumen est medium in omni sensu, est*  
*immediatè sit in visis, uti astrunt August. lib. 7. de Gen. ad liter. cap. 14. & D. Thom. 1.*  
*p. q. 67. art. 1. quæ de causa Visus per enallagen pro omni sensu in sacris accipitur, ut*  
*probavimus, Tom. 2. T. 9. n. 13. asseritque Damascen. lib. 1. de Fid. cit. cap. 14.) Si*  
*oculus tuus fuerit simplex (annus scilicet) totum corpus tuum lucidum erit: lumine nem-*  
*pè illustratum in munia quæque obvia. Si autem nequam (æger, male affectus) fuerit;*  
*totum corpus tuum tenebrosum erit: nimirum, quasi in tenebris esses, vel oculos non*  
*haberes. Unde si corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem te-*  
*nebrarum (qua totum nequit esse lucidum; igitur pravâ voluntate aut animo, lumen*  
*actionis non in lumine, sed in tenebris) totum corpus (scu moles operationis) erit lu-*  
*cidum, quia ex omni parte & undique corpus actionis factum & perfectum; ita ut lu-*  
*cerna fulgoris (splendida sine umbra) illuminet te. Vide ergo, ne lumen, quod in te est,*  
*tenebræ sint: siquidem si actio per se & recto sine non tota lucida; sine dubio tenebro-*  
*sa. Propter puritatem, per temperaturam habeat Dei virtutem (inquit Clemens Ale-*  
*xand. lib. 7. Stromat. cap. 7.) non ignis lucidus, sed vult totus esse lux.* Sumitur igitur  
analogia à luce oculi ad intentionis lucem: igitur aliquomodo depravatâ luce oculi, nil  
oculus videt rectè. Haud hic agitur de intellectu speculativo, iudicia formante circa  
veri cognitionem; sed de intellectu pratico, quatenus qua intelligit ad opus dirigit:  
de quo D. Thom. 1. p. q. 79. art. 11. & Pavonius p. 2. *Natur. theol. 4. n. 1940.* Si di-  
rigit bonum & rectum rectè, rectâ intentione; luminis fulgorem nanciscitur. Sin au-  
tem, obliquè scilicet intentione, rectum & bonum non rectè dirigit; apud homines flo-  
rebit lumine, quod apud Dominum tenebræ. Apud illos erit accensa lucerna, apud Do-  
minum extincta. Habebit, sanè in mundo gratiam, cum opus lux sit; sed non apud  
Deum, qui novit abscondita cordis, & cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Lu-  
ce fulgebit opus extrinsecè, sed non splendide. Accendit lucernam; & quia publicè, in  
abscondito ponit: equidem modo absconderet, rutilaret. Si esset sub modio, sub modio  
non esset. Via iustorum, quasi lux splendens: via impiorum tenebrosa. Nesciunt ubi  
corruant. *Prov. 4. 18. 19.* Si lux opus bonum, & splendor recta intentio; dum operi  
mentis recitudo inerit, splendor eius ut lux erit. Habach. 3. 4. Sin autem, lucernam  
accendit, sed non lucret. 1. *Machab. 4. 50.* Obliquis oculis (quia, plus, quam par est, lu-  
cent, uti canit Oth. Vanius, *Emblem. Amor. 62.)*

Hippocrate

Augustin.  
Enallagen.  
Visus pro  
omni sensu.

Clem. Ale-  
xand.  
Opus hypo-  
critæ lux  
sed non ful-  
gida.

Virtus publi-  
ca, si picu-  
sa

Haud



Haud lucent lucida signa poli.

Oth. Var.

Tenebræ hic & lux voluntarie signantur, qua de causa Christus dicit: Vide, id est, ne feceris, quod lumen, quod in te est, tenebræ sunt in proprio fedet arbitrio. Vide. In contrarium tenebræ mutantur munere lucis: alias, uti succinit Iuven. quò supr. v. 653: In nigras lumen sed si convertitur umbras,

Iuven.

Ipsis horror erit quantus sine luce tenebris

Christus Sol, mater Aurora. Septim. expositio. Cant. 6. 9. Rupert.

Maximè in nativitate.

Berchor.

Quam propterea.

Non veniret Maria, nisi Christus veniret. Suar.

Psal. 73. 16.

Hug. Viç.

Protopopeta, Aurora vera, Maria.

Oitava expositio.

44 Tandem tandem expediti obicibus, devenimus in præcipuum expositionem primæ Tautologie, quæ nobis tantum negotium facessit. Præmissimus n. 25. nucleum sub cortice verborum huius Davidicæ abstrusæ prophetiæ, esse Verbi divini incarnationem, sub metaphora symbolica lucis veræ, atque Solis Iustitiæ. Ex suppositione Verbi Dei caro futuri, Solis splendidi, veri hominis oritur; necesse erat in carne matrem habere: quæ Virgo felix, benedicta, quam beatam dicent; & iure dicere debent omnes generationes. Cum Christus Sol sit, illa quæ Solem peperit, Aurora est: simulque David in solatium amplexus est Auroram & Solem, filium pariter & matrem: ut abundè extaret, prospiciens ex femine suo excellentiorem puram creaturam, & Christum Deum hominem ex carne immaculata Virginis matris. Sic ergo illa laudatur quasi Aurora consurgens, plenâ radijs futuri advenientis Solis. Quando nata es, o beata Virgo, tunc vera nobis Aurora surrexit. Aurora prænuucia diei sempiternæ, quæ sicut Aurora quotidiana finis præteritæ noctis est, & initium diei sequentis, sic nativitas tua clara ex stirpe David, finis dolorum, & consolationis fuit initium; finis tristitiæ, & lætitiæ nobis extitit principium. Hæc Rupertus hic lib. 6. Commentar. Petr. Cellen. lib. 6. Epistol. ult. Innocent. III. serm. 2. in Assumpt. Richard. à S. Laurent. lib. 7. de Laudib. Virgin. cap. 1. Hugo à S. Victor. Insit. Monastic. serm. 34. Bonavent. in Psalter. minor. Virgin. quinquagen. 2. & Birgitta, lib. 4. Revelat. cap. 11. Petr. Berchor. in Reduct. lib. 5. cap. 53. insit: Legis gratia fuit nobis origo & principium, & noctis legis antiquæ & caliginis peccatorum extitit finis & terminus. Ista enim dicitur Aurora, quasi aurea hora, pro eo, quod ista quasi aurum per sanctitatis gratiam rutilavit. Dicitur etiam quasi Aurora rorans, pro eo quod rore misericordiæ totum sæculum irroravit, & peccatorum animas per devotionem & compunctionem spiritualem humectavit. Ista est ergo, quæ Solem Iustitiæ Christum, sicut mater filium præcessit, & tamen ab ipso claritate & dignitate habuit & recepit: & quamquam die ac claritate ipsius Christi fuerit inferior, tamen perfectione omnium aliorum, clarior extitit & permansit: nam sicut dicitur, 2. Reg. 23. Sicut lux Aurora, oriente Sole, etiam absque nubibus rutilans, & pluvius germinat herba de terra. Sat quoad mysticum sensum: inquiramus literalem.

45 Sed altius res contemplanda. Sicut lux Aurora (dicitur) oriente Sole, manè absque nubibus rutilat: & nihil amplius ad sententiæ sensum. Sole ergo non oriente, non est Aurora. Quorsum ergo exprimitur Aurora, oriente Sole? Ut claret: quod David sub hac metaphora loquatur de Virgine, Christi matre: etenim sicut non esset Aurora, nisi Sol esset: Virgo mater non esset, nisi Sol Iustitiæ in hunc mundum veniret. Non fuit seiuncta à filio in electione divina: dixit Suarius, uti vidimus, Tautolog. 3. n. 131. Unde ordinem decretorum in huiusmodi negotium sæculorum, videris ibid. num. 118. quod quidem necessarium in præsens argumentum. Illa igitur sola propter Christum, & propter illam omnia tanquam finem omnium: quare ita prædestinata Aurora Solis mater, quòd nisi esset illius mater, non esset ipsa. Siccine intelligitur quod Regius Pfalter etiam in offensionem Dei magnalium, dixerat: Tu fabricatus es Auroram & Solem. Haud de Aurora materiali intelligi quit, quippe Aurora haud aliud est, nisi Solis orturi lux. Intelligitur igitur personaliter de duobus, quorum unus Iustitiæ Sol, & alter Aurora genitrix Solis huius: Solis iustitiæ, qui ex ipsa genitus est, præventrix, & filius antelucanum: ait Hugo Victor. quò dudum. Quare à Ruperto ut vidimus, dicitur Aurora vera: etenim quam vocamus, aurora tantum ficta rhetoricè per protopopetiam. Vera profectò Aurora Maria, & propriissimè Aurora: etenim cum Aurora non esset, nisi Sol veniret, haud videretur in mundo Virginis matris adventus, nisi venturus esset filius. Patet ex textu: Lux Aurora (dicitur) oriente Sole. Dum Sol oritur, Aurora iam evanuit: signaturque simul oriens Sol, & huius Auroræ lux; quippe nisi oriretur Christus, Patris luminium lux vera, haud oriretur Aurora Maria. Fabricatus est simul in decreto Deus ab æterno Auroram & Solem: equidem cum in electione divina, nullo modo à filio mater remota; dum decrevit filium Solem hominem, unâ decrevit Auroram Virginem matrem.

Hæc

46 Hæc coniunctio, seu similitudo indicatur Sole oriente & lucè Auroræ: igitur si Aurora prævia lucis, hic simul obijcitur ortus Solis: adesse quippe Solem Iustitiæ liquet si Aurora mater appareat. Si Virginem (perpende) quarimus, & eius originem, signat Evangelista ab illa Solem orientem. De qua natus est Iesus. Origo Auroræ innocetis, quò Solem parit. Non ex quibus nata, exprimitur; sed quis duntaxat ex Aurora oritur: etenim existentia Virginis Auroræ matris, solum astruitur existentia Solis. Sicut splendor Auroræ, & sicut Sol: legit Chald. Idem diversis personis sunt: verum simul splendor Auroræ & Solis; quoniam simul decreti à Deo splendor Solis, & Auroræ matris. Apertius, Septuag. Rom. Et in luce Dei matutina oriatur Sol & Aurora. Matutina lux Dei fuit divina claritas ex qua tanquam à diebus æternitatis egressum decretum de incarnatione filij, ut homo oriretur in mundo sicut Sol: simulque matris Dei hominis, in luce Dei matutina datum decretum; quippe quàm non veniret Aurora, nisi Sol veniret in mundum. Ipsa enim ante sæcula (ait Damascen. lib. 4. de Fide Orthod. cap. 15. præcognitio Dei consilio prædestinata est, & in prædestinato tempore ex Davidica radice pullavit. Habuit igitur David gaudium plenum, uberi copia gratiarum: quandoquidem præcognovit non solum perpetuam posteritatem, sed ex eius familia simul Auroram & Solem.

47 Simul, dixi, Aurora & Sol. Plus miraculi & singularis indicat meditata societas. Fabricatus es Auroram & Solem. Malucnda hic: Si quis forte (inquit) de luce accipere maluerit, quæ primo die emissa à Deo, in die quarto demum aptata Soli. At quid, quòd primæva lux, quàm quod alia, ut cognoscatur tam Sol, quàm Aurora? Multum profectò. Plures Expositores hic asserunt, primam illam lucem foisse corpus lucidum, ex quo postmodum formatum corpus lucidum Solis. Sol est pater lucis, & hæc lux fuit mater Solis; & quidem corpus lucidum Solis, ut luceret super terram factum fuit ex rutilante corpore lucis. En Christus factus ex muliere, uti luminare maius ex luce: corpus quippe Christi Solis, duntaxat è luce matris. Veri Solis nuncia & productiva: inquit Birgitta, quò supr. & Damascen. loc. nuper cit. Quemadmodum femina sine commissione ex Adam plasmata est; sic ipsa novum Adam lege partus in utero tulit, quem peperit super nativitatis naturam. Natus est enim filius ex muliere sine patre, & ex patre sine matre: quoniam ex muliere, lege partus; quoniam sine patre, super naturam est nativitati. Unde Albertus Magn. super Missus est, cap. 53. Aurora (ait) quæ de se sola Solem produxit, qui omnia illuminabilia illuminabit: equidem Christus corpus à sola matre susceptum. Unde claret utriusque confortium, quia corpus Solis à corpore lucis. Siccine inter filium & matrem non unio, sed unitas, non confortium, sed identitas: igitur si Sol eximius ex fulgida luce sola, caro Virginis & Christi prorsum elucebit una. Duo sunt namque in carne una. Unum sciendi non potest: quare quoad huiusmodi splendorem; gloriam non tam communem dicere debemus, quàm candem. Eadem dicit Arnold. Carnotens. de Laudib. Virgin. At August. de Assumpt. Virgin. libell. cap. 5. in Tom. 9. floridè & ad rem. Si igitur natura matris est filius, conveniens est, ut ipsa sit & filij mater: non quantum pertinet ad æquam administrationem, sed quantum pertinet ad eandem reciprocam substantiam, ut homo de homine, caro de carne, mater à filio, filius à matre, non ad unitatem persone; sed ad unitatem corporalis nature & substantiæ. Si enim unitatem potest facere gratia, sine proprietate specialis nature, quanto magis ubi gratia unitas, & corporis est specialis nativitas: ipsa specialitas nature unum efficit matrem & filium, & filium ac matrem. Elucebit lux Aurora, Sole oriente, & quo intuitu facta Aurora cum Sole. Sol planè non nisi ab illa, ut esset solus ut Sol. Tota felicitas generis & Davidicæ stirpis, respiciebat in miraculum non visum, verum videndum. Nullus homo Sol ex luce sola, id est ex sola formatus femina: signatque David faustissimum signum, tanquam umbram futurorum, Auroram & Solem, Christum & Virginem matrem: quoniam felicitas summa in expectato miraculo, Deus homo in mundum veniens ut Sol, sed adhuc in lucem lux, miraculum in miraculo, donum maximum post donum: equidem corpus lucidum Solis, duntaxat ex corpore primæ lucis. Cum corpore apparere decreverat Sol Iustitiæ, Dei Filius; ut homo esset eius splendor Deus. Si Solis corpus lux ex corpore lucido Auroræ; felicitatis micat avido pectori insigne, solummodo lux Aurora, oriente Sole: siquidem inter nova & mirabilia; quòd corpus Solis Iustitiæ ab Aurora duntaxat Virgine matre.

48 Vidimus miraculum insigne pro unitate Auroræ Virginis & Christi Solis: adhuc restat in insigni miraculo singularitas, quæ nec similem visa est, nec habere sequentem, Tom. V. ultra

Matth. 1. 16

Origo Mariæ immo fuit, dum Solem parit. Chald.

Septuag. Nona expositio.

Damascen.

Ubi supra:

Maluend. Cur Virgo primaeva lux?

Birgit. Unde mirandum autem Auroram Aurora infirmam?

Damascen. Alb. Magn.

Inter Christum & Virginem non unio, sed unitas.

Augustin.

Quare Aurora vera?

Decima expositio.

nono V



Aristotel. ultra fecundissimam virginitatem. Filij (ait Aristotel. 8. Etbic.) sunt à parentibus vel alteri ipsi inseparati. Excedit ordo Virginis: unde Damian. serm. 1. de Nativitate. inquit: Habitat in Virgine & cum Virgine filius, cum qua unius nature habet identitatem. Alitiss Aurora procedit. Reliqui filij hominum, cum generatio ascendat nunquam, semperque descendat; accipiunt esse à parentibus, sed non recipiunt: imò nequeant recipere, quia iam in esse supponunt, dum parentes constituuntur. Secus accidit in Maria respectu filij. Genuisti qui te fecit. Tu que genuisti naturam mirante tuum Sanctum genitorem.

Quod in miraculo in signi miraculam singularem Virgine Christum parientem Ecclesia. P. Damian.

Canit Ecclesia. Damian. ibid. serm. 2. Creator oritur ex creatura, factor ex factura. Damascen. cit. nuper: Suppeditavit (ait) Creatori creati, & plasmatori plasmari. Ipsa de se, Eccl. 24. Qui creavit me, requiescit in tabernaculo meo: Id est, in utero. Ibi utique posuit & sanctificavit tabernaculum suum Altissimus; ut patris eius, qui eam fecerat, esset mater; illa recipiente naturam, quam acceperat ab ipso, qui dedit, & ipsam quam dedit; ut per matrem esset in ipsa. Ipse fecit naturam humanam matris; & illa factorem fecit, ut similis nobis esset humana natura. Vide facros Vates hic Taut. 3. Didase. 3. num. 7.

49 Hoc est sanè singulare miraculum, & David indicat signum in simbolo Auroræ; oriente Sole, ac sine nubibus rutilante. A Sole utique lux Auroræ est, quia pater lucis, Aurora mater dicitur Solis. Solem præcedit, eiusque nuncia habetur; tamen illa ab hoc ortum trahit. Ita Chartar. ubi supr. num. 22. & 24. Novum facturus erat Dominus in terra: nimirum, quòd femina circumdaret virum: hoc est, quòd sola gigneret virum. Adhuc in novitate magis novum: quòd ille scilicet gigneretur ut filius, ab ipsa femina cui dederat esse. Non est eiusdem mater & filia, nisi Aurora. Non est eiusdem pater & filius, nisi luminare matris. Quòd videretur huiusmodi miraculum singulare matris & filij, videnda simul felicitas totius generis humani: dicitque David in indice fauste fortis, ac in signum beatitudinis, Lux Aurora, oriente Sole: lux Virginis, que filia, matris Solis; oriente Sole, qui filius, patre Virginis: igitur si ex Davidico semine. Sole oriente, lux Auroræ; exultaret lætissime pectus, si videret vel in umbra, quòd fecisset Auroram per quam Sol factus. Indicavit, ubi supr. Berchor. Ista est, que Solem iustitia Christum, sicut mater filium præcessit, & tamen ab ipso claritatem, ac dignitatem habuit: eundem, uti canit Arator, lib. 1. in Act. Apostol. v. 57.

Modò percipitur, cur à Hieronym. serm. de Assumpt. sive Epist. ad Paul. & Eustochi celebretur Virgo, Aurora rutilans novi diluculi. Quid novi habuit diluculum? Esse prorsus verum, quòd in Aurora factum. Aurora que diluculo videtur, non est verè mater Solis, sed tantum dicitur: novumque diluculum, Sole filio eius oriente, plaudat lux Auroræ Mariæ, quia cum esset Solis filia per gratiæ ac naturæ lucem, eiusdem substantiæ Aurora peperit Solem. Hac à longè tota aviditas David. Que progreditur Aurora, erit Luna & erit Sol. Quòd itura, vel quòd non itura, Solis præsentia; dum sicut lux Aurora, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat? Dicit N. Venerabi Beda apud Ghisleria in Cantic. 6. 9. Quæ est ista, quæ quasi Aurora lumen veritatis habere ostendit proficiens: de virtute in virtutem, totumque orbem celesti occupans prædicatione? Pulchra ut Luna, quia Christi veri Solis gratiâ illuminatur. Electa ut Sol in alia vita, ubi perpetuo respicietis gaudia de visione Conditoris sui: atque etiam in vita præsentis, quia Christum verum iugiter Solem.

50. Versiones expositionibus defervierunt. Sicut lux Auroræ, oriente Sole, manè absque nubibus rutilat, & c. Hebr. Et sicut lucem matutinam illustrabit Sol, manè verò; nubes ab illustratione, à pluvia herba de terra: quia non sic domus mea cum Bl. Aliter: apud Malucend. Et sicut lucem matutinam illustrabit Sol. Manè non nubes: ab illustratione, à pluvia herba de terra. Non sic domus mea cum Deo. Chald. Sicut splendor Auroræ & sicut Sol, & c. Septuag. Roman. Et in luce Dei matutina orientur Sol, & Aurora rutilans absque nubilo. Arabic. Et erit talis, sicut lux matutina, oriente Sole: matutina absque nubibus, per quas à splendore & pluvia est germen de terra. Figur. Sicut lux Matutina oriente Sole, cum Sol oritur. Matuta, quæ non habet nubes præ fulgore suo: & propter pluviam, quæ herbam à terra elicit Pagnin. Sicut lux matutina oritur Sol: manè absque

Arator. Hieronymus. Cur Maria Aurora, novi diluculi? Cant. 6. 9. Beda. Aurora, Luna & Sol. Version.

Qui te creavit providè, Lactasti sacro ubere.

nubibus, à splendore. Variab. Sicut lumen temporis matutini, oriente Sole: matutinum sine nubibus fulgens. Malucend. Sicut lux manè, exorietur Sol. Manè non nubes: de splendore, de pluvia progerminatio de terra. Alij apud illum: Et sicut lumen temporis matutini, orto iam Sole: temporis matutini non nubiles, ex splendore & pluvia germen à terra. Reg. Et non obscuritatem inducit à luce. Syr. Lucis instar matutini cum Sol oritur. Contemplamur aliquid, ut illuminemur, ac in lucem patris luminum progrediamur.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

- 1. Sicut lux Auroræ, oriente Sole. Quorsum oriente Sole, si Auroræ lux duntaxat à Solis luce? Ut Virginis-matris immaculata claretur conceptio, & unde in tenebris humanæ conditionis prodiret illuminatio: igitur ex corusco fulgore Solis orientis, innoteſcit splendor Virginis matris.
- 2. Lux Auroræ, oriente Sole. Sed qua lege? Antequam Sol oriatur, Auroræ splendor videtur: diciturque, Oriente Sole, Aurora Virgine oriente; quippequam ex præsentia Auroræ matris, altruebatur in terris præsentia Solis.
- 3. Lux Auroræ, oriente Sole, tanquam ab Aurora matre. Ita mater Solis Aurora cognoscitur: verum priusquam Sol oriatur? Uti que, pro insigni Virginis in die operatæ in templo præsentationis: igitur illius resoluat Auroræ matris perfectio, priusquam Sol filius videretur in mundo.
- 4. Lux Auroræ, oriente Sole. Petpropitiè quidem in Præcursoris iustificatione, Aurorâ Virgine-matre, & Christo So-

le Iustitiæ, miraculorum compendiosè meditanteque dicitur, Oriente Sole, & non orto; quia gratia facta præsentia Auroræ Mariæ, priusquam Sol filius videretur in orbe.

5. Sicut Lux Auroræ, oriente Sole. Ita in Virgine-Matref Nequaquam. Non sicut: profectò lux Auroræ, Sole oriente. Aurora non videtur, si Sol oriatur: Virginisque matris lux non sicut lux Auroræ, Sole oriente; quippe persilite adhuc matris influxus, etiam dum nobis evanescit aspectus.

6. Lux Aurora, oriente Sole; ut innoteſcat excusio diabolici iugi. Est lux Auroræ, dum Sol oritur; & lux Aurora, priusquam Sol oriatur. Lux Auroræ, ante Solis ortum, erat duntaxat redemptionis signum; sed non redemptione, quæ omnino pendebat à Solis ortu: diciturque ut libertas luceſcat à servitute, lux Aurora, oriente Sole; quippe redemptione & redemptionis novitas, ex eò quòd sol ex Aurora nasceretur in terra, qui natus Sol, priusquam Sol nasceretur ex Aurora.

DIDASCALIA PRIMA.

In conceptione purissimâ, Virgo verissima Aurora.

1. Reg. 23. 4. Quare Virgo in conceptione adinſar Aurora plauditur?

Concipitur Virgo singularis sub titulo Auroræ, quia cœpit à luce. Verum quorsum additur, Oriente Sole; si uti vidimus in litera, non alia ex luce est Aurora? Ut eius purissima rutilaret conceptio, & unde in tenebris humanæ conditionis prodiret illuminatio: si quidem ex fulgore corusco Solis orientis, innoteſcit splendor Auroræ matris. Frequenter enim qui concipitur, per parentes, à queis esse recipit, cognoscitur: Virgo Maria inter homines concipitur singularis: Auroraque meritò plauditur, ubi in esse humano per parentes constituitur; quippe Aurora etiam dum accipit lucem, noteſcit per prolem Solem. Dum in conceptione inquiritur, de quibus concepta

est; dicitur ab Evangelista: De qua natus est Iesus. Non discutitur quis ab illa nasciturus; sed à queis nascitur illa. Concipitur ut Aurora: exponiturque adequate, de qua natus est Iesus, qui fulget iustitiæ Sol: quoniam Aurora Virginis novit mundum conceptionem, per Iesu Christi Solis natiuitatem. Si dicerentur etiam in conceptione parentes; quia contraxerunt, macula notaretur originis, transgressionisque tenebræ quibus iacerunt præ humana ex Adamo conditione. In Sole nil nisi lux, quia totus in gratiam Sol: minimè que vel in conceptione dicitur de quibus Aurora nata, sed quis fuit natus ab illa; quippe Aurora non cognoscitur per tenebras, quas reliquit, sed per Solem divinum, quem Virgo peperit.

Matth. 6. 16